BX1965
F47
1905

Se reservan los derechos de propiedad.

CAPILLA ALFONSINA
UANL
FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

LA ENCÍCLICA "ACERBO NIMIS,,

SOBRE LA

ENSEÑANZA DEL CATECISMO

1. En la historia de Pío X, y entre los medios por él excogitados para desarrollar el sublime plan que se trazó desde los comienzos de su pontificado, *restaurar todas las cosas en Cristo*, ocupará siempre un lugar eminente la encíclica *Acerbo nimis* sobre la enseñanza del catecismo (1).

2. Y no precisamente porque en ella mande cosas nuevas, pues, como iremos viendo, la mayor parte de sus prescripciones hállanse substancialmente en el Concilio Tridentino, en las Constituciones de anteriores Pontífices ó en los decretos de muchos Concilios provinciales; sino porque santamente, y con la energía apostólica que le distingue, urge la ejecución de santos preceptos que

(1) Véase la carta de Pío X al Director de *Catechista cattolico*, 8 de Febrero de 1905. (*Analecta eccle.*, vol. 13, p. 101).

000474

habían sido echados en olvido en muchas partes y en no pocas se cumplían con tibieza y flojedad censurables, origen de males gravísimos.

3. Porque una de las causas principales de los gravísimos males que á la Iglesia afligen en los tiempos modernos, es, según indica el inmortal Pontífice, la ignorancia de la doctrina cristiana; ignorancia que no sólo cunde entre los niños y la gente indocta, sino que se extiende á muchas personas verdaderamente doctas é ilustradas en otras materias.

4. De esta ignorancia nace en gran parte la corrupción de costumbres, pues, como sabiamente observa Pío X, si con el conocimiento de la doctrina revelada pueden no pocas veces juntarse los vicios; pero la ignorancia de ella no puede nunca, moralmente hablando, dejar de ir acompañada de ellos: y cuando á la corrupción de costumbres júntase la ignorancia de las verdades religiosas, la conversión del hombre es punto menos que imposible, ofreciendo aun en la muerte obstáculos casi insuperables.

5. No es, pues, de extrañar que Benedicto XIV afirme, como oportunamente recuerda Pío X, que la causa de la condenación de la mayor parte de las almas sea la culpable ignorancia religiosa. «Illud affirmamus, magnam eorum partem, qui aeternis suppliciis damnantur, eam calamitatem perpetuo subire ob ignorantiam mysteriorum fidei, quae scire et credere necessario debent, ut inter electos cooptentur.» *Instit.* 27, n. 18 (*Prati*, 1844, p. 117).

6. Es necesario, por consiguiente, y muy meritorio, poner remedio á la causa de tantos males: que si es de gran merecimiento delante de Dios compadecernos del prójimo y remediar las miserias corporales, será, sin comparación, obra más grata á los divinos ojos curar los males de las almas, á las que ponen en gravísimo peligro de condenación eterna.

7. Todos los Sacerdotes, cuantos ejerzan la cura de almas, y en especial los Párrocos, deben mirar la enseñanza del Catecismo como una de sus principales obligaciones.

Pío X, como supremo Sacerdote y el primer Párroco del mundo, traza las líneas generales á que debe sujetarse en nuestros días la enseñanza del Catecismo, y dicta los siguientes artículos:

8. Quod si, ex huc usque explicatis, religiosa populi eruditio quanti momenti sit ostenditur, curae Nobis quam quod maxime esse oportet, ut doctrinae sacrae praeceptio, qua, ut Benedicti XIV decessoris Nostri verbis utamur, ad Dei gloriam et ad animarum salutem nihil utilius est institutum, vigeat semper aut, sicubi negligitur, restituatur. Volentes igitur, Venerabiles Fratres, huic gravissimo supremi apostolatus officio satisfacere, atque unum paremque morem in re tanta ubique esse; suprema Nostra auctoritate, quae sequuntur, in dioecesibus universis, observanda et exequenda constituimus districteque mandamus.

9. I. Parochi universi, ac generatim quotquot animarum curam gerunt, diebus dominicis ac festis

per annum, nullo excepto, per integrum horae spatium, pueros et puellas de iis, quae quisque credere agereque debeant ad salutem adipiscendam, ex catechismi libello erudiant.

II. Iidem, statis anni temporibus, pueros ac puellas ad Sacramenta Poenitentiae et Confirmationis rite suscipienda praeparent, continenti per dies plures institutione.

III. Item, ac peculiari omnino studio, feriis omnibus Quadragesimae atque aliis, si opus erit, diebus post festa Paschalia, aptis praeceptionibus et hortationibus adolescentulos et adolescentulas sic instruant, ut sancte sancta primum de altari libent.

IV. In omnibus et singulis paroeciis consociatio canonice instituatur, cui vulgo nomen Congregatio Doctrinae christianae. Ea parochi, praesertim ubi sacerdotum numerus sit exiguus, adiutores in catechesi tradenda laicos habebunt, qui se huic dedent magisterio tum studio gloriae Dei, tum ad sacras lucrandas indulgentias, quas Romani Pontifices largissime tribuerunt.

V. Maioribus in urbibus, inque iis praecipue ubi universitates studiorum, lycea, gymnasia patent, scholae religionis fundentur ad erudiendam fidei veritatibus vitaeque christianae institutis iuventam, quae publicas scholas celebrat, ubi religiosae rei mentio nulla iniicitur.

VI. Quoniam vero, hac praesertim tempestate, grandior aetas non secus ac puerilis religiosa eget institutione; parochi universi ceterique animarum curam gerentes, praeter consuetam homiliam de Evangelio, quae festis diebus omnibus in parochiali Sacro est habenda, ea hora quam opportuniorem duxerint ad populi frequentiam, illa tantum excepta qua pueri erudiuntur, catechesim ad fideles instituant, facili quidem sermone et ad captum accommodato. Qua in re Catechismo Tridentino utentur, eo utique ordine ut quadriennii vel quinquennii spatio totam materiam pertractent quae de Symbolo est, de Sacramentis, de Decalogo, de Oratione et de praeceptis Ecclesiae.

10. Haec Nos quidem, Venerabiles Fratres auctoritate Apostolica constituimus et iubemus. Vestrum modo erit efficere ut, in vestra cuiusque dioecesi, nulla mora atque integre executioni mandentur; vigilare porro et pro auctoritate vestra cavere, ne quae praecipimus oblivioni dentur, vel, quod idem est, remisse oscitanterque impleantur. Quod ut reapse vitetur, illud assidue commendetis et urgeatis oportet, ut parochi ne imparati catechesis praeceptiones habeant, sed diligenti prius adhibita praeparatione; ut ne loquantur humanae sapientiae verba, sed, *in simplicitate cordis et sinceritate Dei* (II Cor., I, 12) Christi exemplum sectentur, qui quamvis *abscondita eructaret a constitutione mundi* (Matth., XIII, 35), loquebatur tamen omnia *in parabolis ad turbas et sine parabolis non loquebatur eis* (Ibid., 34). Id ipsum et Apostolos, a Domino institutos, praestitisse novimus; de quibus Gregorius Magnus aiebat: *Curaverunt summopere rudibus populis plana, et capabilia non summa atque ardua praedicare (Moral,* l. XVII, cap. 26). Ad religionem autem quod attinet, homines magnam partem rudibus, hac tempestate nostra, sunt accensendi.